Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster

115

nimi ibi morantur. Nihilominus Magnus precibus
insistens, obtenta facultate venit ad Francos, ibique
Ecclesiam in honorem Deipare construxit; quam dedi-
cavit S. Victorinus, ~~qui~~ atque ipse profectus ad Pipinum
qui tunc temporis totam Germaniam Galliamque
regebat, nova Ecclesiæ dotationem impetravit,
accedentibus precipue precibus Curzonis Ducis
Augusta et Latiæ: qui Pipino proposuit dari in
ipso vicino loco pagum, qui vocatur Keltinstein,
per omnia annuatim tributa persolvere. Inter
cetera ergo munificentiæ suæ dona, dedit Pipinus
B. Magno totum ipsum saltum cum marcha
et vectigalia centum et tredecim, quæ ex prefato
pago inferri debeant annuatim. †

† Atq controversia haud levis est, quo tempore S. Magnus ad Francos pulsus advenerit: quia S. Victorinus Div. Bonifacii contemporaneus seculi VIII medio vixit, at S. Gallus Magni magister jam initio seculi VII obiit. ~~exeunte seculo VI.~~ Quid ergo? Successione ~~talogum~~ Episcoporum Augustanorum valde intricatam et obscuram esse, omnes fatentur: e Theodoro autem satis clare apparet, etiam circa seculi VII medium ~~vixisse~~ floruisse Victorum alienum, cui S. Tassilo immediate successerit. Fatemur igitur, alium esse Victorum hunc ab illo S. Bonifacii coævo. Vid. Meichelbeck Chron. Benedictob. praef.

84) Ingentes hic difficultates genealogica subori-
untur. Annalista Vochburgensis in vita S. Emmerami
ait: Temporibus, quibus tanta pesti (hæresi nempe) ab Em-
meramo remedia parabantur, hi Duces principabantur.
Dicto scilicet viro illustri, cujus filii in regnum non successe-
rant. Item alius Theodo vir strenuus et alacer: sub quo
clarissimus Christi confessor Rupertus cum aliis Dei servis
ibidem pervenit devenit, ibique cursum presentis vitæ
consummavit. Sub quo S. Corbinianus Frisingam accessit. Igitur Dux filios habuit successores in regno
Rupertum videlicet, atque Grimoaldum: post quos Ducatum huic genti
præbuit Huebertus, quo Duce defuncto Utilo sub Principe Pipino genti
hujus Ducatum adeptus est.

~~Hic inserit Pagius, aliique ~~crediti~~, Theodonem, sub quo Corbinianus Rupertus et Corbinianus advenerunt, non fuisse filius Theodonis, sub quo Emmeramus, filium; agnatum tamen, cum nonnisi ex Agilolfingis Bojorum Duces eligerentur.~~

Aventinus l. 3, c. 8 Theodoni, sub
quo Corbinianus advenit, Patrem assignat Grimoldum, ~~fratrem Theodobertum, patruum Theodonem S. Emmerami coævum,~~
uxore Glisonotha, filios Theodo, Grimoldum et Hugobertum.
Codex Cremifanensis apud Hansizium, ad annum DC-
XCVI, Theodo Dux Bavaria per Leges Francorum
efficitur. Anno DCCXVI Theodo Dux Bavariæ Romam
petit. Is Theodo secundus fuit. Anno DCCXVIII ~~(Ut~~ (fortasse legendum DCCXXIII)
~~legendum videtur DCCXVIIII)~~ Theodo Dux obiit, pro quo
Theobaldus et Grimoaldus filii ejus. ~~Chronicon~~ Altichensis Anonymus in Auctario ad Usperganum
~~eichense~~ apud ~~Pertzium Mon. Sec. VIII. annot. 15.~~ ad apud Hansizium German. sac. t. II, p. 323:
annum DCLXX Theodebertus Dux, ad quem fingit
Anspandus et Lintprandus. Tum ad annum DCCXII.
Theodo Dux, pater Grimoaldi et Theodoaldi, qui pro-
vinciam Bavariæ sibi et soboli ejus in quatuor par-
tes diviserat, primus Princeps de gente illa vivit Romam

(mallem legere DCLXX)

Aribo in vita S. Corbiniani c. 10; Theodo Dux provinciam ipsam sibi et subolei ejus in quatuor partes divisit, ubi Theodonis tres filios fuisse, aperte indicat; e quibus Theodoaldum ac Grimoaldum deinceps nominat. Anno Episc. Salisburg. in Charta possessionum quod ~~Canisium Ant. Lect. t. II,~~ Gewoldum Mct. Salzbg. Theodonem et filium ejus Theodobertum S. Aperto varia dedisse testatur; sic et Liber Donationum Ecclesiæ Salzburgensis apud eundem. ~~Canisium.~~